



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Morientibus cur sacramenta porrigantur. tit. 245

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

350 SVMMA DOCTR. CHRIST.

te iustus, sicut dicit Apostolus 2. Corinth. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum, nō nos iustitia Dei efficieremur in ipso. Et domine Deus, Fateor me esse meritō maledictum, & damnatione dignum, si vitam meam excussero: attrahe propono tibi illum, qui pro nobis factus est maledictum, Galat. 3. Hanc victimam tibi Deus proponit & rogo propter eum digneris nostri miserere, iuxta tuam promissionem, in quo complacuit tibi omnia reconciliari, Colossens. 1. Iste est secundus gradus, quo anxiata anima consolatur, nē despiciat: idē firma fide tenere debet, quod Deus hoc facit, acceptat victimam filij, & nostri miseretur sicut fecit mulieri, Lue. 7.

Tertiō, hoc in mente teneat firmissimē, Mat. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati ells, nihil te moueat prædestinatio, dignitas vel indignitas tua, sed certus sis, quia tibi Christus dedit fidē, ergo es de numero saluandorum, & quia propter meritum vici mā suā vult dare vitam, nihil te moueat, sed dole de peccatis admissis & crede, Marc. 1. Pénitentia, & credite Euangeliō & sic te commendas in manus Dei, sicut dicit Psalm. 36. In manus tuas commendō spiritum meum. Relinque mundo, quæ mundi sunt.

MORIENTIBUS CUR SE  
cramenta porriganter.

TITVLVS CCXLV.

**P**RIMÒ notandum, quod tria terribilita inuadunt & angustiant animam ante exitum. Primo mors, quæ separat nos a charis amicis & mundo: Secundo pectoralis, quod separat à Deo: Tertio, infernus, qui craciat aeternaliter. Primum est terribile. Secundum, terribilis. Tertium, terribilissimum. Hoc dicitur.

Dauid ponderans, inquit Psalm. 54: Formido mortis  
cecidit super me. & Iob, Timor mortis conturbat.

Secundò, contra hęc tria terribilia porrigitur tria sacramenta morienti, per quae Deus operatur consolationē & victoriā. Primum est, Confessio & pœni-  
tentia, in qua fides erigitur in victimam Christi, Isa.  
53. qui tulit mortem nostram, & factus est mors mor-  
tis, Osee. 11. Mors, ubi est stimulus tuus, 1. Cor. 15? Per confessionem igitur mors animæ, id est, dānatio tol-  
litur, ubi virtute claviū (id est, verbo) certificamur de remissione, sicut Dauid 2. Regum vlti. Luc. 7. Pecca-  
tum igitur tollitur pœnitentia & confessio.

Tertiò, Eucharistia iterum nos iungit, vnit & in-  
corporat Christo, Ioan. 6. Qui manducat me, manet  
in me, & ego in eo. Iterum ergo vnimur Christo & Ec-  
clesia, & unus panis sumus. 1. Cor. 10. At si Deus pro  
nobis & nobiscum, quis contra nos? quis separabit  
nos à charitate Christi? &c. Ergo non potest hoc ac-  
cedere satan, ubi videt Christum adesse; nam non  
habet quicquam cum illo, Ioan. 14. Ideo est cibus for-  
tissimus animæ Eucharistia, quae munit nos contra  
sathanam, & vnit iterum cum Christo, incorporat  
membrum capiti, 1. Cor. 12. ob id infirmus commu-  
nicatur, ne satan illi possit præualere, quia Christū  
secum habet, &c. Si ergo peccatum separat, Euchari-  
stia iterum vnit.

Quartiò, sacramento extremæ vunctionis alleui-  
mur in corpore & anima, Iacob. 5. Infirmitatis dolor  
fit tolerabilior, & anima oratione fidei alleuiatur, &  
etiam anima à peccatis. Deposito igitur pondere in  
corpore & anima, Deus hoc operatur per hoc me-  
dium, quid tunc poterit infirmus, cùm nullam ha-  
beat occasionem? Ergo S. Patres & fideles Catholici  
seis trībus sacramentis consolati sunt cōtra supra-  
dicta tria terribilia. Non enim hęc sacramenta nos  
ducūt nisi ad Christū; Christus absoluit, Nos illi vnit,  
onus

onus nostrum ipse alleuiat, & ideo iubet ad se venire  
omnes, &c. Mat. 11. Beatus igitur qui sic munitus sa-  
cramentis, recedit &c.

Quinto inquies : Quid tunc de illis qui moriuntur  
sine sacramentis? an sunt damnati omnes? Respon-  
deo: Hoc sit aut ex contemptu Heretico, & obsti-  
tione & desperatione, & talis est sine dubio conde-  
mnatus, quia talis non habet excusationem: potiusque  
enim ad minus vel corde pœnituisse, & fide cōmu-  
nacasse, & desiderio orationis fidei in vocatione se Deo  
commendasse, si defuisset usus sacramentorum: tales cum  
Iuda moriuntur obstinati, Matt. 27. Acto. 1. Vel mori-  
absq; sacramentis fit, aut quia non potest illorum  
bere copiam, aut quia subito moritur igne vel aqua,  
&c. et ira quod non accessit hic contemptus, & Deus  
non alligavit potentiam suam sacramentis. Ille mori-  
tur cum bono latrone a dextris, Luc. 23. qui se corde  
& ore commendauit Christo. Rogamus etsi ergo Deus,  
ut eam gratiam donet, ut muniti sacramentis, recte-  
damus.

*AN PERICULOSIUS SIT  
mori sine sacramento Eucharistie, an  
sine charitate.*

### TITVLVS CCXLVI.



Rimò notandum, q; vtrunq; &c. ne-  
cessarium ad salutem, sacramenti fi-  
des: Subinde charitas sive unitas  
Catholica: sine his duobus nullus  
moriens saluabitur. Sacramenti fi-  
des est, credere Christum tradidisse  
corpus suum in mortem, & sanguinem suum fudisse in  
remissionem peccatorum nostrorum, sicut dicit Mat.  
26. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: Hic  
est sanguis &c. qui pro vobis effundetur, &c. nisi qui